UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Substantia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

ſeth, ℣.26.27. Adonias, 1. *Reg.* 2.15. Populus Iſrael, 3. 28. Dan. *Dan.* 2. 37. II. Fauore & amore eos proſequi. *Exempla*: Iacob. *Gen.* 27. *v.* 7. 10. Mulier Thecuitis, 2. *Sam.* 14. ℣. 4. 5 *&c* ℣. 22. Ethai, 15. 21. Chuſai, *v.* 31. 32. 33. 33. Berzellai, 19. *v.* 31. 32. Eſaias. 2. *Reg.* 19. 6. *&* 29. 7. Mardochæus, *Eſth.* 2. *v.* 21. 22. Daniel, 6. 21. Præſtare legibus, & mandatis eorum pietati & honeſtati conſentaneis debitam obedientiam. *Exempla*: Rubenitæ & Gaditæ, *Ioſ.* 2. *v.* 16. 17 *&* 21. *v.* 1. 2. 24 Iſai, 16. ℣. 18. 18. ſerui Dauidis, 2. *Sam.* 15. ℣. 13. 14. Banaias, 1. *Reg.* 2. 25. Nuntius Aſa, 15: 22. Milites Iehu, 2. *Reg.* 10. 25. IV. Conferre ſumptus ad gubernationem neceſſarios, tributum, vectigal, cenſus, decimas, & ſimilia pro diuerſa politiarum ratione, 1. *Sam.* 8. *v.* 11. *&c. Matt.* 22. 21. *Rom.* 13. 7. V. Æquo animo accipere eorum ſententiam, & iuſtas pœnas, propter violatas leges. *Exempla*. Semei, 2. *Sam.* 19. *v.* 10. Mephiboſeth, ℣. 27. 28. VI. Timere eos, & leuiora quædam errata iis condonare, ac tolerare eorum iniurias, & ſibi temperare ab eorum cæde. *Exempla*: Iſrael, *Ioſ.* 4. 14. populus Saulis, 1. *Sam.* 12. 7. Dauid, 24. ℣. 9. 10. 11 *&* 26. 6. Gen[…] *Paral.* 14. 17 VII. Petere à Magiſtratu auxilium & defenſionem. *Exempla*: Mulier Thecuitis, 2. *Sam* 14. 4. Mulier quædam, 2. *Reg.* 26. Sunamitis, 8. 3. VIII. Externis geſtibus ſuam erga Magiſtratum declarare reuerentiam. *Exempla* Iacob, *Gen.* 28. 4. 47. 7. Fratres Ioſeph, 59. *v.* 18. Nathan & Bethſeba ſubmiſſo in terram vultu adorant Dauidem, 1. *Reg.* 2. ℣. 23. 31. IX. Imitari pietatem & cæteras virtutes bonorum gubernatorum *Exempla*: Iſraelitæ. *Ioſ.* 24. 31. Subditi Ioſiæ, 2. *Paral.* 34. 33. *Eccl.* 10. 2. X. Orare pro Magiſtratu, & feliciſſima quæque ei precari: *Exempla*. Subditi Saulis, 1. *Sam.* 10. ℣. 24. Bananias, 1. *Reg.* 1. *v.* 47. Subditi Salomonis. *v* 30. Subditi Ioas, 2. *Reg.* 11. 12. Chaldæi, *Ier.* 29. *v.* 7. Satrapæ Regis, *Dan.* 3. *verſ.* 9. Regina Balſaſar, 5. *verſ.* 10. Satrapæ Darii, 6. *verſ.* 6. Daniel, *verſ. Baruc.* 1. ℣. 11. 1. *Tim.* 2. *ver.* 1. 2.

❡ Sententiae Historicae.

Aduerſum fortuita ſubditi ſolent aſpectu principis refoueri. *Tacit. Ann. li.* 15.

Non ii quos neceſſitas ſeruire cogit, ſed quos obtemperare ſua quenque voluntas adegit, ſunt in agendo patiendoque à ſuſpicione omni aſſentationeq; vacui: nunquamque imperia detrectant, niſi violenter contumelioſeq; ſint habiti. *Herod. in Commodo.*

Subditi, quantum licet, principum ſequuntur cupiditates: idque lex eis eſt & honor, quod principibus viſum fuerit. *Niceph. Greg. hiſt. lib.* 2.

Non animaduertit, nihil neque arma, neque multitudinem ſubditorum, ſine eorundem beneuolentia conducere: quinimo hæc ipſa, ſi fides abſit, tanto minus tuta eſſe, quanto ſunt plura. *Dion. lib.* 37.

Princeps qui dominatum prius amiſſum, armis inuadit, truculentior quam antea in ſubditos, tanquam aduerſus defectores, & in tempore rebellaturos apparet. Illi autem, quamuis ſeruitio ſueti, patientiam abrumpunt, armiſq; principem circumueniunt, cui nec aliud ſubſidium eſt, quam pernicitas equorum, quibus ſeque & ſuos aufert. *Tacit. hiſt. Ann. lib.* 12.

Quomodo ſterilitatem aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel auaritiam dominantium tolerare. Vitia erunt donec homines: ſed neq; hæc continua & meliorum interuentu penſantur. *Tacit. hiſt. lib.* 4.

Omnino præſtat, Deoque gratius eſt, vt ſubditi pro legitimo Imperatore pugnent, quam cum ſeditioſo ac ciuilis belli authore ſe coniungant. *Nicet. Iſaac. Angel. lib.* 1.

Omnibus meliorem ſortem deſiderare permiſſum eſt: ſed debet etiam vnuſquiſq; quod cuiq; dedit ſors patienter tolerare: alioqui ſi cuiuis alterius imperio ſubiecto ad libertatem aſpirare liceat, omnia dominatus atq; imperiorum iura peruerti atque confundi neceſſe eſt. *Fr. Guicciard. hiſt. l.* 2.

Vide Magiſtratus, Princeps, Rex.

Subſtantia.

❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SVbſtantia, Græce ὑπόστασις, εως, ἡ, dicitur. Eſt autem ſubſtantia, quæ proprie & principaliter & maxime ſubſtare dicitur: & quæ neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto dicitur. *ſecund. Ariſt. li. Prædicam.*

Subſtantia eſt res habens quidditatem, cui debetur eſſe per ſe, & non in alio ſcilicet ſubiecto. *Secundum B. Thom. prima parte. q.* 3. *art.* 5.

❡ Sententiæ Philosophicæ.

Eſſentia eſt rei forma, cuius ratio definitio eſt, ac id eſſentia cuiuſque dicitur. *Metaph. l.* 4. *c.* 8. *T.* 15.

Eſſentiam materiei expertem rationem appello. *Metaph. l.* 6. *c.* 7. *T.* 23.

Quod quidque eſt, id eſt eius eſſentia. *Metaph. l.* ζ. *c.* 4. *T.* […]

Vt hoc verbum eſt, omnibus conuenit, non tamen eodem […] ſed huic primum & maxime: illis vero ſecundo loco: ſic […] quid eſſe, & plane & omnino categoriæ eſſentiæ conuenit […] ex parte cæteris *ibid. T.* 4.

Subſtantia, quæ & proprie & primum, & maxime appella[…] eſt quæ nec in ſubiecto vllo dicitur, nec in ſubiecto vllo ineſt […] dam homo, quidam equus. Secundo autem loco ſubſtantiæ v[…] tur ſpecies eæ, in quibus quæ primæ nominantur, natura[…] temq; rerum formarum genera. *in Categor. ca.* 5. *de ſubſtan.*

Sublatis primis naturis atq; ſubſtantiis, nihil loci relinqu[…] teris omnibus. Porro ſecundarum ſubſtantiarum ſpecies m[…] ſtantia eſt, quam genus: quoniam ad primam naturam pr[…] cedit, *ibid.*

Primæ ſubſtantiæ, quia cæteris ſubiectæ ſunt, reliquaque […] de iis dicuntur, aut in eis ſunt: idcirco maxime ſubſtantiæ […] nominatur. *ibid.*

Eſſentia dicitur eſſe ſimplicia corpora, vt terra, vt ignis […] & ſi qua ſunt generis eiuſdem: & vno nomine corpora, & […] his conſtant animalia, & dæmonia, eorumque partes. Hæc […] mnia ex eo eſſentiæ vocantur: quod non de ſubiecto dic[…] de eis cætera. *Metaph. l.* δ. 4. *c.* 8. *T.* 15.

Duobus modis eſſentia dicitur, tum id quod poſtremo […] citur, quod quidem iam de alio nõ dicitur: tum id quod […] eſt, nec ſeparari ac ſeiungi poteſt: qualis eſt cuiuſq; rei for[…] cies *ibid.*

Tres ſunt eſſentiæ: Materia, quæ hoc aliquid eſt, hoc […] videtur: quæ enim tactu vnum ſunt, non copulatione […] ſunt atque ſubiectum: Natura, quæ & hoc aliquid eſt […] dam, ad quam ortu peruenitur: tertia quæ ex his conſt[…] dem eſt in rebus ſingulis, vt Socrates, vt Callias. *Metaph.* […] 3. *T.* 14.

Fit vt ſpecies magis quam genus nomen obtineat ſub[…] vero ſpecies nulla earum, quæ genera non ſunt, magis […] ſubſtantia eſt, *in Categor. c.* 5. *de Subſtant.*

Iure poſt primas eſſentias, ſpecies ſola ac genera eſſent[…] nominantur. Hæc enim ſola eorum quæ dicuntur, quæ […] ſubſtantiæ, explicant atq; declarant. *ibid.*

Quoniam cæteris omnibus primæ ſubſtantiæ ſubiectæ […] niamq; reliqua de eis omnia dicuntur, vel inſunt in ipſis […] cauſam principales dicuntur. *ibid.*

Hoc omni ſubſtantiæ commune eſt, non ineſſe in ſubie[…]

Hoc eſſentiis ipſis & differentiis tributum eſt, vt de q[…] dicuntur, συνωνύμως dicuntur. Omnes enim quæ ex illis […] cendi rationes, aut de indiuiduis, aut de formis dicuntur […]

Hoc ſubſtantiæ eſt proprium maxime, vna eademque […] numero, vim habere accipiendi contraria: ita vt cæterorum […] um, quæ non ſint ſubſtantiæ, nihil quiſquam afferre poſ[…] vnum idemque manens contraria poſſit accipere. *In Categ.* […] *Subſtant.*

Naturæ ac eſſentiæ hoc proprium eſt, vim habere […] contraria immutatione ſui, cum vnum & idem numero […] *Ibidem.*

Hæc ſunt quæ ſubſtantiam, & id quod vnum eſt exim[…] ſequuntur, ſignificare hoc aliquid & vnam quandam […] turam *l.* 1. *de repreh. Soph. c.* 6.

Eſſentia dicitur, ſi minus pluribus modis, at certe qu[…] xime. Nam & rei natura, & quod vniuerſale eſt, & ge[…] cuiuſque eſſentia videtur eſſe, & quarum horum id quod […] Subiicitur autem ſiue ſubiectum eſt id, in quo cætera […] ipſum vero in alio iam non dicitur. *Metaphyſic. lib.* […] *T.* 7.

Id quod primum ſubiicitur, eſſentia videtur eſſe maxim[…] quodammodo materia dicitur: alia vero forma: tertium […] his conſtat. *ibid.*

Eſſentiæ tres ſunt: vna quæ ſenſibus ſubiicitur: cuius […] eſt, alia interit, quam omnes eſſe concedunt: quo in gen[…] quæ ſtirpibus nituntur, & animalia. Æterna vero in qu[…] neceſſario habenda ſunt, ſiue vnum, ſiue multa ſint. Al[…] immobilis: hanc quidem ſeparari ſeiungique poſſe dicun[…] partim in duas diuidunt: partim naturam vnam eſſe […] cies, reſq; Mathematicorum: partim ex his Mathematica […] modo. Ac illæ quidem quoniam mouetur, Phyſicæ propo[…] in quibus verſetur: hæc autem alii Philoſophiæ, ſi nullum […] mune principium eſt. Eſſentia vero quæ ſub ſenſum cadit […] bilis. *Metaphyſ. lib.* λ. *cap.* 1. *T.* 5 *&* 6.

Abſurdum eſt, aut potius fieri non poteſt, vt quod […] eſt, eſſentiæ principium efficiatur, eamque antecedat […] tim cum Categoriæ omnes ea poſteriores ſint. *Metaph.* […] 13. *ca.* 1.

Ex eſſentiæ ratione cætera eſſe dicuntur, tum id quod […] præditum eſt, tum id quod quantitate, cæteraq; omnia q[…] do dicuntur. Omnia enim eſſentiæ rationem in ſe conti[…] *taph. l.* 8. *c.* 1. *T.* 1.

… & naturæ videntur eſſe corpora maxime, eaque natu- … enim cæterorum ſunt principia. *lib. 2. de Animo, cap. 1.*

… ſint omnia, eſſentia eſt. *lib. 2. de Animo, c. 4. T. 37.* … eſſentia eſt, & ratione, & cognitione, & tempore, & natu- … enim categoriarum nihil ſeiungi poteſt, hæc ſola poteſt. … *lib. ζ. 6. c. 1. T. 4.*

… corporibus ineſſe clariſſime videtur. Itaque & ani- … & ea quæ oriuntur è terra, eorumque partes, eſſentias, ac … dicimus, naturaliaque corpora: vt ignem, aquam, ter- … quodque eiuſdem generis, quæque vel horum partes … his ſunt vt partibus, aut nonnullis, aut omnibus: veluti … & eius partes ſtellæ, luna & ſol. *Metaphyſic. lib. ζ. 6. ca.*

… eſt nec eorum quæ vniuerſæ dicuntur, quicquam eſ- … neceſſentiam vllam conſtare ex eſſentiis. *Metaph. li. 3.*

… verum eſt, quod modo dicebamus, naturam eſſen- … æternam eſſe, quæ re ipſa & actione non ſit: ele- … eſſentiæ materia ſunt: nullius æternæ eſſentiæ ele- … ex quibus inſitis conſtet. *Metaph. li. 13. c. 2.*

… differentiæ magis rem aliquam declarant, id eſſentia eſt … autem priuationem, id eius quod non eſt, magis ratio- … calor attributum eſt quoddam, & forma, frigus autem … *de Ortu, c. 3. T. 18.*

… ſubſtantia quiddam hoc vel illud ſignificat. Ac in primis … eſſentiis non eſt id dubium, ſed verum eſt eas hoc quidem … vel illud: præſertim cum indiuiduum, quodque vnum … declaretur illis & exprimatur: ſecundæ autem videntur … ſimiliter figura appellationis, hoc quippiam ſignifica- … homo vel animal: non tamen id verum eſt: ſed qua- … ſignificant. *In categor. ca. 5. de Subſtant.*

… & ſpecies cum ſubſtantia, qualitatem adſignificant: ſigni- … talem aliquam ſubſtantiam. *ibid.*

… ſubſtantiis inſitum eſt: vt ipſis nihil ſit contrarium. *ibid.*

… ſubſtantiis conuenit, vt nec elationem nec ſummiſſionem … poſſint. Quod non ita dictum velim, quaſi ſubſtantia alia, … nec minus ſubſtantiæ nomen obtineat: hoc enim … eſt: ſed hoc volo, nullam ſubſtantiam idipſum quod ſua- … eſt, nec magis nec minus ſibi vendicare. *ibid.*

… nec magis nec minus eſſentia nominatur. *ibid.*

… intelligi licet, proprium eſſentiæ antecedere ſemper opor- … eſſentiam, quæ re ipſa ſit, & faciat: vt exempli cauſa ani- … animal gignitur: quale autem aliquid, aut quantum non eſt … niſi vi & poteſtate ſolum, antecedere. *Metaph. lib. ζ. 6. ca. 9.*

… quidem eſt, cuius ratio & definitio eſſe poteſt: ea ſcilicet … concreta eſt, ſiue ſub ſenſum ſubiecta ſit: ſiue animo & ratione … *Metaph. lib. n. 7. c. 3. T. 9.*

… eorum quę communia ſunt hoc aliquid ſignificat, ſed qua- … Eſſentia autem hoc aliquid declarat. *Metaphyſ. lib. β. 2. cap.*

… ſtantia, & omnia quæ hoc aliquid ſignificant, aliud nihil ſunt, … idipſum quod ſunt. *lib. 1. de demonſt. c. 4. T. 9.*

Sumptus.

¶ Apophthegmata.

D[iog]enes taxabat in hoc hominum inſaniam, quod res pretioſas … minimo emerent, venderentque viliſſimas plurimo. Statuam … tribus nummum millibus emi, quum farinæ chœnix … æreis veniret. At ſtatua nihil opus ad vitam, ſine farina vi- … non licet. Conueniebat igitur farinam multo ſtatuis eſſe cario- … Philoſophus pretia rerum æſtimabat vſu naturali, vulgus æ- … ſtulta perſuaſione. *Laer. li. 6.*

… celebratur ephemeris, ad hunc habens modum: Ponito … minas decem, medico drachmam: adulatori talenta decem, … fumum, ſcorto talentum, philoſopho triobolum. No- … hominum ſtultitiam, qui in res honeſtas & cum primis ne- … minimum ſumerent impendi, ad turpia prodigi. *Laer. lib.*

C[ha]rillus vel *Charilaus*, rogatus cur comam Lacedæmonii ge- … ? quia ex omnibus, inquit, ornatibus hic eſt minime ſum- … *Bruſon. lib. 6. c. 12. ex Plut.*

… *Theſſalus* ſtatuarum artifex, demiranti cur in ædibus ſuis … tantum haberet rerum ſuperuacanearum & inuſitatarum? … inquit, ſuperuacaneis felices ſumus ac beati, non illis ne- … Quum ea quæ ſunt vitæ neceſſaria, ſint ſuapte natura pre- … tamen quia quotidiana ſunt, multiſque communia, con- … Cæterum, quanti ſint pretii, declarat extrema neceſſitas: quæ ſi incidat, quilibet libens omnes gemmas, aulæa & aurum ſuū vno pane commutet. Cætera magis ad oſtentationem pertinent, quā ad ſalutem. *Eraſ. l. 6. apoph.*

Herodes ſophiſta viginti pueris ob virtutem compluribus in locis ſtatuas poſuerat. Hac de re quum accuſaretur à Quintiliis Græciæ præfectis, quod ſuperuacaneis impendiis indulgeret: Quid, inquit, vobis incommodi eſt, ſi ego ludo de ſaxis meis? *Philoſt.*

Leotychidas quum cœnaret apud quendam, cerneretq; tectum domus ſumptuoſo apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, rogauit hoſpitem, num ligna apud eos quadrata naſcerentur? Luxuriam & ſuperuacuum ſumptum notans.

Heliogabalus emebat ſibi pretia rerum, quæ menſæ apparabantur, maiora quam eſſent: dicens conuiuio orexim: quod magis illa iuuant, quæ pluris emuntur, vt ait Satyricus. *Ælius Lampridius in eius vita.*

¶ Adagia.

Hipparchi murus. Ἱππάρχε τειχίον.
Dicebatur res quæpiam quæ magnis conſtaret impenſis.

Edax trimis. ἀδηφάγον τριήρεις.
Dicuntur quod magnis conſtant impendiis. Lepide transferetur ad hominem prodigum immodiceque impendit Lyſias.

In beato omnia beata. ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.
A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter: Vſus erit, ſi dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege regaliter.

Saliares dapes.
Pontificales dixit Horatius, ponens ſpeciem pro genere. Opiparum autem conuiuium ac magnificum, Saliare dicitur.

Supellex.

¶ Sententiæ Philoſophicæ.

De Supellectili pretioſa. Dial. XXXVI.

Franſc. Petrarch.

GAVD.

IN ampla domo ſupellex eximia eſt. R. Superuacuo in ſpatio pondus inutile. Illa furibus latebras dabit, hæc prædam, vtraq; periculum tibi, alimentum incendio, atq; liuori. G. In domo ſpecioſa ſupellex copioſa eſt. R. Illa cum te loco moueris deſerenda eſt. Hæc ſi vti volueris, ſæpiſſime transferenda eſt, & plus difficultatis allatura, quam voluptatis, & plus oneris quam honoris. G. Multa mihi varii generis ſupellex domi eſt. R. Iuge bellum non cum furibus modo, ſed cum muribus, tineiſq;, & araneæ, & rubigo, fumuſque, & puluis, & imber in vos dimicant. O diuites delicati, quibus armis hos hoſtes arcebitis? G. Pretioſiſſima eſt ſuppellex. R. Non rei pretium, ſed contemptus diuitem facit. Alioquin quærendo cupiditas creſcit, & paupertas cupiendo. Ita fit vt nihil magis inopem faciat quam auari opes, quarum ſi æſtimatio exacta, veriq; iudicii ſequax contemptus acceſſerit, ea demum veris diuitiis vera eſt via. Ego te diuitem dum varia miraberis non putabo, quamuis aurea, ſtellatique gemmis ardentibus tectum omne ſupellectili opertum refertumq; tibi videam. G. Inuidioſa ſupellex, & præfulgida eſt. R. Pro captu oculorum, ſeu forſitan animorum, vere autem oneroſa rerum colluuies ac turbida. Sed auaritia nihil vſquam iniquius, nihilque miſerius, cuius famem & quęrenda excitant & quæſita non ſapiuat, dumque ſperata fulgebant, poſſeſſa ſordeſcunt. Itaque ſæpe diuitias dum quæſiuiſſe putaueris, ſollicitudinem & nauſeam quæſiuiſti, hæ nunc tibi caræ ſarcinæ, ſi vel cariores aliæ ſe oſtenderint, vel ſtuporem aſſiduitas dempſerit, viles erunt. Eſto autem caræ ſint, & maneat ſtupor, nonne etiam error manet, iſque difficiſis, atq; perpetuus? Si quidem quærendi ſtudium vnum fuit, ſeruandi labor eſt multiplex, nūquam deerit quod reuiſas, quod numeres, quod complices, quod excutias, quod abſtergas, quod oculos ſimul & mulceat, & offendat. G. Supellex immenſa eſt. R. O hominem! qui impedimentorum ſuorum magnitudine delectetur,

¶ Apophthegmata.

Socratis. Quemadmodum equus non generoſus iudicandus eſt, qui inſtructus apparatu magnifico fuerit, ſed qui ab ipſa natura ac indole egregius eſt: Sic nec vir bonus ex pretioſa ſupellectili, ſed ex animo generoſo iudicandus eſt. *Apud Stobæum ſerm. 1. De prudentia.*

Muſonii. Quemadmodum equus paruo pretio emptus, & multis vſibus ſeruiens, præferendus eſt illi qui magno conſtiterit, & ad paucas vtilem operam præſtet: Sic etiam ſupellex vilior, ſed multis vſibus commodior, maioris facienda eſt, quam contraria. *Lib. De ſupellectili. Memini Stob. ſerm. 83.*

Superbia